1. ar

Dentur in antiquos . tura merumq; focos.
Et secura quies illos similisq; sopori.
Detinet . innocue uiuite numen adest.
Reddite deposita pietas sua federa seruet.
Fraus absit . uacuas cedis habete manus.
Ludite si sapitis solas impune coronas puellas.
Hac minus est ulla parte pudenda fides.
Fallite fallentes . ex magna parte profanum.
Sunt genus . in laqueos quos posuere cadunt.
Dicitur egyptus caruisse iuuantibus arua.
Imbribus . atq; annis sicca fuisse decem.
Cum thracius busirim adiit monstratq; piari.
Hospitis effuso sanguine posse deos.
Illi busiris fiet iouis hostia primus.
Inquit . et egypto tu dabis hospes aquas.
Et phalaris tauro . uiolenti membra perili.
Torruit . infelix imbuit auctor opus.
Iustus uter nec eñ lex equior ulla est.
Quã necis artifices arte perire sua.
Ergo ut periures . merito periuria fallunt.
Exemplo doleat . femina lesa suo.
Et lacrime prosunt . lacrimis adamanta moueb.
Fac madidas uideat . si potes usq; genas.
Si lacrime neq; eñ ueniunt in tempore semper.
Deficiunt . uda lumina tange manu.
Quis sapiens blandis non misceat oscula uerbis.
Illa licet non det . non data sume tamen.
Pugnabit primo . fortassis et improbe dicet.
Pugnando uinci . se tamen illa uolet.
Tantum ne noceant teneris male rapta labellis.
Neue queri possit . dura fuisse caue.
Oscula qui sumpsit . si non et cetera sumit

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_1668/0137
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG